Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26830
Copyright: Admont, Benediktinerstift





rectionem. Ascendit medium. Triduum uero quia tertio die resurrexit.
tamqm lectorem mihil aliud qm historie rerum gestarum inherere cupientem
de somno excitauerunt. lxx. interpretes idcq; prophetie adprscrutandam altitudinem
prophetie quodam dixerunt. in xl. diebus ipsum querere in quo a triduum
potueris inuenire. Illud in ascensione hoc in eius resurrectione reppies.
Pt qd utroq; numero significari quemadmodum ponit. quoniam unum plenam
prophetiam. altum plxx. interpretum prophetam. tam unus atq; idem spiritus.
Longitudinem fugio. ut non hec plurima demonstrem in quibus ab hebraica ue
ritate putantur. lxx. interpretes discerpere. Ac bene intellecta inuenuntur
esse concordes. Vnde ego promeo modulo uestigia sequens apostolorum. quia
ipsi ex utrisq; id est ex hebreis et ex lxx. testimonia posuerunt. prophetica
utraq; auctoritate uendum putauit. quibus utq; una atq; diuina est. Sed iam
que restant ut possumus exequamur. Postea qm gens iudea cepit in hierusalem pro
phetas proculdubio deterior facta est. eo scilicet tempore quo se sperabat instau
rato templo per captiuitatem que fuit in babilonia futuram esse meliorem.
Sic quippe intelligebat populus ille carnalis. qd pnuntiatum est per aggeum prophetam
dicentem. Magna erit gloria domus istius nouissime plus quam primi.
Id de nouo testamento dictum esse paulo superius demonstrauit ubi ait apostolus
epistolam prima tens. Et mouebo omnes gentes. et uenient desiderata cunctis gen
tibus. quo loco. lxx. interpretes alium sensum magis corporis qm capitis. hoc
est magis ecclesie qm xpo. uehementer prophetica auctoritate dixerit. Veniant
que electa sunt de cunctis gentibus id est homines. Quibus ipse xpus dicit
in euangelio. Multi inquit uocati. paucii uero electi. Lapidibus enim electis
gentium domus edificatur dei per nouum testamentum lapidibus uiuis.
longe gloriosior qm templum illud fuit qd a rege salemone constructum
est et post captiuitatem instauratum. Pt hoc g nec prophetas ex illo tempore ha
buit illa gens. et multis cladibus afflicta est ab alienigenis regibus ipsisq;
romanis. ne hanc aggei prophetiam in illa instauratione templi opinaretur
impletam. Non multo post enim aduenientem alexandro subiugata est.
qui etsi nulla facta est uastatio quia non sunt ei ausi resistere et uelo placatum
facillime subditi receperunt. non erat tamen gloria tanta domus illi. quanta
fuit in suis regum libera potestate. Hostias sane alexander immolauit
in templo. non ad eius cultum uera pietate uersus. sed impia uanitate
eum dius falsis eum colendum putans. Deinde ptolomeus lagi filius qd sup
commemorauimus post alexandri mortem captiuos in egyptum instituit. quos
per eius successor ptolomeus philadelphus benuolentissime inde dimisit.
quem factum est qd paulo ante narrauimus. ut. lxx. interpretum scripturas habe
remus. Deinde uero sunt bellum que in machabeorum libris explicantur.